Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



108

seducent. Audituri enim estis prelia et opiniones plorum: videte
ne turbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondum est finis.
Consurget enim gens in gentem et regnum in regnum: et erunt pesti
lencie et fames et terremotus loca. Hec autem omnia initia
sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem et occident
vos: et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et
tunc scandalizabuntur multi et invicem tradent: et odio in
vicem habebunt. Et multi pseudo prophete surgent: et sedu
cent multos. Et quia abundavit iniquitas refrigescet caritas
multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem hic
salvus erit.

Sancti lucam

Illo t. Dixit vel. dis. s. Attendite a fermento phariseorum:
quod est ypocrisis. Nichil autem opertum est quod non revelabitur
neque absconditum quod non scietur: quamque in tenebris dixistis in lu
mine dicentur: et quod in aurem locuti estis in cubiculis predicabitur
in tectis. Dico autem vobis amicis meis: ne timeatis ab his
qui occidunt corpus: et post hec non habent amplius quid faciant.
Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam
occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Ideo dico vobis:
hunc timete. Nonne quinque passeres venenunt dipondio et unus
ex illis non est oblivione coram deo. Sed et capilli capitis
vestri: omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis pas
seribus pluris estis. Dico autem vobis: omnis quicunque confes
sus fuerit me coram hominibus: et filius hominis confitebitur
illum coram angelis dei.

De ugnbz. l. Sapie.

Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum salvatorem
meum. Confitebor nomini tuo magno: quia adiutor et
protector factus es michi: et liberasti corpus meum
a perditione: a laqueo lingue iniique et a labiis operantium men
dacium. Et in conspectu astantium factus es michi adiutor:
et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui.